



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 18. Hispaniæ Regis consilium de inquisitione Mediolani instituenda.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1563.

Postea summus Pontifex ex Cardinalium Consilio, consensuque electionem, de qua diximus, confirmabat, supplens defectus jam enarratos, & in eo actu distincte numeratos: postea vero decretum est, ut in sequenti Senatu, qui post biduum die septima Februarii habitus est, exciperetur Legatus Maximiliani tanquam Regis Romanorum Orator: qui delatis Principis sui literis fidem conciliantibus, consuetam orationem præmittebat, pollicitus in illa ejusdem amorem, reverentiam, observantiam, & obsequium, studiose tamen hac voce *obedientia* usus non est, sed ejus loco verbum hoc: *obsequium* usurpabat. (\*)

## §. XVIII.

*Hispaniæ Regis Consilium de Inquisitione Mediolani instituenda.*

*Pallav. e. 8.*  
*num. 2.*  
*Thuan. l. 36.*  
*initio.*

Interea Philippus II. Hispaniæ Rex, cum sibi sat comprobatum haberet, quod tutissimum contra hæreses propugnaculum sacræ Inquisitionis tribunal esset, illud quoque in Mediolanensi Ducatu erigere constituit, ac Pontifex Regis hujus consilium ratum habens, eisdem hanc facultatem concessit: vix  
autem

(\*) Quod tamen, inquit Pallavicinus, latine idem sonat, ac obedientia.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1563.

autem hujus rei fama per Mediolanen-  
sem ditionem percrebuit, cum illico  
nonnulli ad indignationem, alii autem  
ad terrorem, ac faniores ad seditionem  
concitarentur, quamvis vero illis pro-  
poneretur, hujus Tribunalis iudices  
nequaquam Hispanos, sed natione Ita-  
los fore, qui minori severitate uteren-  
tur, nihilominus hi quoque sua aucto-  
ritate abufuri credebantur, atque exem-  
pla, quæ vel oculorum, vel aurium  
testimonio erant comprobata, magis  
adhuc mali timorem augebant. Deni-  
que tam crebræ audiebantur indigna-  
tiones, ut illæ tandem ad communem  
Mediolanensium seditionem spectare  
timerentur: unde ad præcavendum  
ejusmodi malum Pontifex concessam  
facultatem revocabat, atque hoc Tri-  
bunal erigi non permittebat.

§. XIX.

*Melitenfis Orator in generali Con-  
gregatione exceptus, ac de Sa-  
cramento Matrimonii suam  
sententiam edicens.*

Die septima Septembris generalis ha-  
beatur Patrum conventus, in  
quo præprimis Orator Melitenfis exci-  
piebatur, ubi eidem ultimus locus post  
Ecclesiasticos Principum Laicorum Ora-  
tores,

Pallav. c. 8.  
n. 7. & 9.  
Pfal. p. 399.